

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Dissertationis stoicae de praeparatione ad futuros casus

...

Bernd, Adam

Lipsiae, 1704

VD18 90576098

Widmung

[urn:nbn:de:gbv:45:1-15936](#)

*GENEROSSISSIMO, EXCELLENTISSIMO
MAXIMEQUE STRENUO DOMINO,*

**DOMINO
DAVIDI à FLETSCHER,
SACRÆ CÆSAREÆ**

ut &

POLONICÆ MAJESTATIS

**ATQUE SERENISSIMI ELE-
CTORIS SAXONIÆ CAMERÆ PRO-
VINCIALIS CONSILIARIO LONGE
GRAVISSIMO,**

*Toparchæ in Crossen / Wiederau / Trebniz /
und Lübschiviz / &c. &c.*

MÆCENATI ET PATRONO SUO MAXIMO

in Animi gratissimi Argumentum

Exercitationem hanc Academicam


cum perpetuae Felicitatis apprecaione

devoto mentis Culto

consecrat & offert

M. ADAMUS BERND.





De Præparatione ad futuros Casus

PARS PRIOR.

§. I.



Ntequam ipsam Thematis nostri Tractationem aggrediamur, & primo quidem explicemus, quid per Præparationem ad futuros Casus nobis velimus ; Præparationis quædam quasi Præparatio nobis instituenda resque à primis repetenda videtur initiis, ut eò melius appareat, quomodo ad hanc Philosophiaæ moralis Partem ordine deveniatur, & quæ ejusdem cum aliis Ethicæ Partibus sit connexio.

§. II. Post existentiam mei ipsius demonstratam per internam cogitationis & omnium eorum, quæ in me peragi sentio, Conscientiam, facile deinde deducor in existentiæ ipsius Dei Notitiam, utpote Animæ rationali si non per Ideam de Deo Cartesianam connatam, actu primo & Potentia proxima (a) impressam. Si enim meipsum & deinde hoc Universum considero, de cuius existentia non tantum ex scriptura sacra sed & Lumine Naturæ convictus sum (b), effectus de suâ Causâ, motus materiæ ignavæ seipsum movere non valentis de suo testans motore, res ad certum finem determinatæ & suum tamen Finem ignorantes; denique absurditas unius substantiæ Spinozianæ (c) & æternæ successionis rerum, migratione Gentium & Artium Inventione aliquisque rationibus facile refutandæ, sufficientia ad demonstrandam aliquam æternam mentem, quæ ut reliqua omnia, ita & me creaverit, Argumenta.

[(a) vide Musæum in introduct. c. 2. (b) aliter statuit autor de Inquisit. veritatis lib. i. c. X. lib. 6. c. 6. & in annot. p. 349. 361. (c) refutatam vide in Henrici Mori subversione Columnarum Atheismi Spinoziani Tom. i. opp. philos. p. 615. sq.]

A 2

§. III.

